

**a Joh. 3. v. 16.** modo, filium ab eterno gignit *a*, & Spiritum S. unà cum filio (id est, & ipse & filius) spirat.

**a Joh. 1. v. 18.** 4 Filius est secunda persona, quæ à patre divino & nobis ineffabili modo gignitur *a*, & unà cum illo Spiritum S. spirat.

5 Spiritus S. denique est tertia persona Deitatis, quæ à patre & filio divino & nobis ineffabili modo procedit *a*.

*a Johan. 14. v. 16. & 26. & cap. 18. v. 26.*

6 Hæ tres Deitatis personæ vera sunt *ὑφισταμένα* sive res verè subsistentes, & earum unaquæque est individuum per se vivens, intelligens & subsistens, non sustentatum ab alio; neque enim personæ nuda tantum sunt nomina, sive nudæ relationes ad creaturas, quippe quibus omnibus non modò patri, de quo nullum dubium, sed etiam filio *a* & Spiritui S. *b* tales actiones attribuuntur, quæ veris *ὑφισταμένοις* & suppositis tantùm attribui possunt & debent.

*a Joh. 1. v. 1. & 12. & c. 3. v. 13. & 6. v. 33. & 62. & 16. v. 28. & 17. v. 5. b Matth. 3. v. 16. Luc. 1. v. 35. Act. 2. v. 3. Rom. 8. v. 18. 1. Cor. 2. v. 10.*

**a Esa. 9. v. 6.**  
**1. Cor. 3. 16.**  
**b Esa. 43.**  
**Act. 1. 16.**  
7 Hæ tres personæ sunt verus & æternus Deus, inconfusè Trinus in unitate, indivisè Unus in Trinitate, id quod non tantùm aperta dicta, in quibus tum filius, tum S. Sanctus & Deus *a* & J E H O V A *b* nominatur,